

Alieni igitur comedent opes eius. & ipse stolidus ad Deum non reuertitur. Vidensq; senes suos effundi, ac perire, non curat ad Dominum configere, vel aliter, videns se cuneisse, non aduertit se peccati poenas subire. ¶ Igitur scelus est, peccatorem, vel in senio non suam agnoscere culpam. Maledictus *Isai. 65.* verò puer centum annorum. & scelus maximum erat, quod senes adorarent picturas parietum.

*Et humiliabitur superbìa Israēlis in facie eius.*  
*nec reuersi sunt ad Dominum Deum suum:* ¶  
*non quaesierunt eum in omnibus his.* Scribitur  
*II. 4. Reg.* quod cœpit Dominus tædere super *4. Reg. 10,*  
*Israel, & percussit eum Hazael, in omnibus*  
*finibus Israel.* En humiliatam Israēlis superbiam.  
*Ac si alapa in facie percussus fuisset.*  
*Nec tamen in his castigationibus Deum que-*  
*suit.* ¶ Ergo castigationum finis, nō est casti-  
*gatio ipsa.* Non enim Deus vult mortem pec- *Ezech. 18.*  
*catoris: sed magis, ut conuertatur & viuat.*

*Et factus est Ephraim, quasi columba se-*  
*ducta non habens cor.* Aegyptum inuocabant,  
*ad Assyrios abierunt.* Et cum profeti fuerint,  
*expandam super eos rete meum:* ¶ quasi volu-  
*crem cœli detrahame eos.* Cedam eos, secundum  
*auditionem cœtus eorum.* Nulla ferè auis est, *Vide Aeli.*  
*quæ tam sagaciter norit aues inimicas, ut co-* *annum.*  
*lumba: nec quæ cautius eas fugere soleat.* Id  
*verò ea columba facit, quæ cor habet, at E-*  
*phraim est quidem ex Diuina voluntate co-*  
*lumba: ex malitia verò est seducta, & corde*